Serenissime atq Potentissime Rex, Dom[ine]
Clementissime, ablegati sumus ab Illustr[is]
„ simis Principibus ac Dnis, Domino Barnim[o]
seniore, Joanne Friderico, Bugslao,
Ernesto Ludouico, Barnimo iuniore, et Casi
„ miro Stettinensium, Pomeranorum, Cas
„ suborum, Vandalorumq Ducibus, Princi
„ pibus Rugiae, et Comitibus Gützkouij domi
nis nostris Clementissimis. Principes R[egiam]
R. V. M[aiesta]t[em] pro mutua amicitia, atq bene
„ uolentia amantissimis atq offitiosissimis
Verbis salutant, eiq de bona corporis Vale
„ tudine et faelici rerum omnium statu gra
tulantur, et optant Vt perpetua Incolumi
„ tate atq faelicitate uti frui liceat, Vt prae
sertim Deus Opt: Max: R: V. M[aiesta]ti in
gubernanda atq Constituenda Republica
adsit, Deferunt quoq R. V. M[aiesta]ti offitium,
fidem, et studia sua omni tempore para
„ tissima.

Serenissime atq Potentissime Rex Dne
Clementissime, Illustrissimi Principes
pomeraniae non ducunt necessarium copio
sius ea repetere, quae iam multis annis

in omnibus fere Comitijs huius florentissimi Regni
per Legatos suos apud R. V. M. summo stu-
dio summaq diligentia egerint ut Contro-
uersia finium, inter inclytum Poloniæ Regi-
num, et Ducatum Pomeraniæ componeren-
tur. Jam enim sæpius inter Sacram R.
V. M. et Celsit: illarum conuentum atq con-
sensum est. Vt Litigiosi fines per vtrinq
deputatos Commissarios inspicerentur atq
ex æquitate constituerentur. Celsitu: etiam
illarum suos Commissarios cum plenis man-
datis ad Locum diemq inspectioni constitu-
tum miserunt, Regiæ autem V. M.
Commissarij Varijs impeditj negotijs omnes
Venire non potuerunt, ideoq re infecta
discessum est, interim autem R. V. M.
præfectj atq subditj incolis in præfectura
nouj Stettim multa damna atq detrimen-
ta inferent, et nihilominus apud R. V. M.
illos deferunt, quasi venando, pascendo,
nouisq Villis in Regno poloniæ ædifi-
candis Limites transgrederentur. Sed his
omnibus R. V. M. nullam fidem
adhibere Velle, Celsit: illarum amicæ
atq officiose petunt. I Leguagi^n

emim eiusmodi innouationes atq; irruption[es]
in Regnum Poloniae contra consanguinitatis
et faedorum Jura suis subditis concedere
Illud aut[em] ad Celsit: illar[um] perfertur a p[rae]-
fectis R. V. Mtis subditos Celsit: illaru[m]
multis damnis et incomodis affici, nemora
enim quae longissimo tempore quiete p[os]-
sederant ipsis adimuntur. Stagna in quib[us]
ante hac R. V. Mtis praefecti nihil Juris
sibi vendicarunt, iis piscantur in saltibus
Celsit: illarum venatores praefectorum
R. Mtis venantur, operarijs instrumenta
fabrilia adimuntur, Capitaneus Lest
in dominio atq; districtu Pomeraniae
nouam villam erigere atq; aedificare
cepit, atq; veteres inde Celsit: illarum
nititur deturbare colonos, Praeterea
incolis in praefectura noui Stettini
multa alia grauamina insolitis pignor-
ationibus quotidie inferuntur, quae omnia
singulatim recensere nimis esset longum

Cum autem Celsit: illarum pro retinenda
atq; confirmanda mutua beneuolentia atq;
amicitia controuersias istas sopitas

magnopere cupiant, Igitur amice atq
officiose petunt, E. R. V. D. L. suos
Commissarios quam primum constitu-
ere atq ablegare velit, qui una
cum Celsit: illarum Commissarijs certo
loco atq die conveniant, prædictos
fines de quibus ambigitur lustrent,
limites ipsos regant et constituant,
testes si opus fuerit examinent, et
si qua controversiæ hinc inde inter vici-
nos populos exorte fuerint, qua poter-
unt ratione vel amice componant, vel
de ijs iuditium dent. Celsit: illarum
pro ut consanguinitatis et fœderum
jura postulant, admittentur ne quid
in illis, quod ad conservandam atq
augendam mutuam amicitiam
ac benevolentiam attinet desiderari
possit.

Quod autem Controversia finium hac-
usq sopita non sit, in causa fuit, quod
R. D. L. Commissarij varijs incidentibus
impedimentis ad inspectionem finium
omnes venire non potuerint, id autem

nem in posterum contingat Celsitud amice atq reuerenter petunt, Vt V. Cels. Commissarios deputare velit qui proximioribus Pomeraniae in locis domicil habent. Commissionisq clausulam inser quod si non omnes comparerent Vt pr-sentes nihilominus in regendis finibus procedant, Vt sic tandem negotium sine vlteriori mora ad finem optatum perducatur.

Secundo Illustrissimi Principes non dubitant R. Cels. V. memoria inhaerere illos iam multis annis summa diligentia, magnisq impensis apud R. Cels. V. egisse, Vt libera nauigatio in publico flumine Wartha restitueretur. Et Vt diu promissa actio cum Illustrissimis Marchionibus Brandenburgensibus de grauaminibus, et exitiosis Vectigalibus, item de inusitato Francfurdensi emporio abrogando institueretur. Et quamuis R. Cels. V. amice et beneuole se semper declarauerit, R. M. V.

omnino decrevisse Comissarios ordinare
qui vna cum Celsit: illarum Commissarijs
actionem de abrogandis iam dictis gra:
vaminibus cum Illustrissimis Marchio:
nibus instituerent, sed hac vsque res
successu caruit. Illustrissimi Princi:
pes Pomeraniae nihil ominus Marchiones
Brandeburgenses per internuncios suos
interpellarunt, vt vna cum R. D. M.
Commissarijs suis certo loco ac die conuenir:
erent, qui de grauaminibus iam dictis
tollendis tractarent, sed ex responso Marchi:
onum intellexerunt nullam abrogatio:
nem vel saltem tolerabilem moderatio:
nem grauaminum, expectandam
vel sperandam esse, sicuti haec R. M.
V. ex relatione Magnifici et Generos:
osi Stanislaj Sandiuogij a Czernkow
procul dubio percepit. Quae cum
ita sint Celsit: illarum nullam aliam
restare viam putant, quam vt eas
rationes quae in consimili re antiqui:
tus in vsu fuerunt, R. M. ineat,
et iustissimas Constitutiones atque decreta

huius incliti regni defendat et ex-
ecutioni mandet, erit hoc non solum
ex commodo et Utilitate huius floren-
tissimi Regni, atq omnium finitimorum
populorum qui ad littus maris baltici
habitant. sed etiam R. M. V. aeternam
apud posteros laudem merebitur

Ut autem R. M. V. et proceribus
huius inclitj Regni cognitum atq per-
spectum esset Cels: illorum summa
diligentia egisse atq laborasse Ut lib:
era navigatio restitueretur. sed nihil
tanto labore atq sollicitudine dignum
efficere potuisse. Igitur nunc supre-
mam huic negotio manum imponere vo-
lentes R. M. V. amice atq reverenter
rogant, Ut R. M. V. hanc communem
causam suscipiat, et omnia obstacula
quae liberam navigationem impediunt
tollat, et eo contendat Ut remotis om:
nibus impedimentis, negotium tandem
sine Ulteriori mora ad finem optatum
perducatur.

Si autem declaratio R. M. V. effectu

ſenti Suecus factum est carere debeat
et R. Mts. Illustrissimos Principes
Marchiones nisi de gravaminibus istis
reminiscuras putaverit. Petunt Celsit:
illarum ut R. M. V. ipsis hoc signifi-
care et in eo se declarare velit, ne R. M.
V. sollicitando atq interpellando in poster-
um molesti sint, et se ipsas cura labore
et manibus sumptibus subleuent, immo
omne ab actione huius causae desistere
atq quiescere decreverunt, et hanc
postremam commonefactionem et Celsit:
illarum animi declarationem petunt,
ut R. Mts. V. in meliorem accipiat partem.

Tertio perspectum habent Celsit: illarum
Illustrissimorum Marchionum Brandon-
burgensem Johannem apud R. Mts. V.
et proceres huius inclyti Regni id elaborare
ut Regia et antiqua via, qua Gedano per
+solet Pomeraniam iter fieri +per novam March-
iam transferatur. Quod autem
R. Mts. V. Celsit: illarum dato responso
amice se se declaraverit Reg: Mts. V.
illam viae mutationem non esse con-
cessuram id Celsit: illarum est gratis-
simum. Petunt itaq ut R. Mts. in